



Universitätsbibliothek Paderborn

Asiaticae Historiae Societatis Iesv Pars ...

Libris Qvatvor Comprehensa: Vbi praeter res gestas à Patribus Societatis Iesv in conuersione Sinarum, Cocincinae, & Tunchini Regnorum nihil omittitur eorum, quae possunt liberali placere Lectorum curiositati

Bartoli, Daniello

Lvgdvni, 1670

34. Timet Daemon Christ.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10757

enim feminæ iniecit dubitationem æquè pronum esse suos Bonzios secum falli , vt cum suo coniuge Doctores magni Occidentis : esto, illi numero vincerent , sed isti doctrina , & sapientia , dumque ista iniucum committens , & secum litigans extricare se tam graui ex dubio non valet , modum eius soluendi quod pessimum potuit pro optimo legit ; idola contulauit ac ne Dij quorum agebatur causa , sibi mendacio cauerent , sic ab iis quæsivit explicandæ viam dubitationis , vt nescirent responsum qua de re ederent . Usitatum est Sinis oracula dæmonum sciati , & reddi ut cuius libuerit voce quidem aut nullo apparente forma ta in ære ; aut in ore arreptiti consilientis ; scripto autem , suspenso penicillo quem prius tinxerint , & subiecta charta cui dæmon penicillum ducens responsum inscribit postquam veneficus incantamenti artifex , verba solennia præfatus fuerit . Et narrabat Doctor Michaël mirum visu , tæpè inter amicos versatum dum alius alia penicillo pendente queritaret & acciperet responsa ; accedente se proprius , penicillum tenuisse immobilem , nec vlla venefici cantione ad perficiendum responsum cogi dæmonem potuisse , iussum autem à se in cœpto perge re illudque absoluere , obtemperasse illied & penicillum mouisse . Semel quoque ab se diuino compulsum imperio dicere , cur præsente se fieret muta manu , & callos viribus ? alias de secta idolorum quid esset sentiendum , ad primum scripto respondisse coacti silentij hanc esse causam quod quod esset Christianus , ad secundum idolatriam præter mendacium nihil esse . Ergo prudens mulier certum sibi volens oraculum in quo deinceps conquietceret animus , desineretque in perpetuum v. cillare chartam inscribit syllabis duabus Ciu , & Tæ . Illa Dominiū (cœli nempe) qua Sinæ Christianorum Deum , ista qua significant idola ; mandat seruo fideli clam perget ad famosissimum illic man tem , spiritum idoli nominatissimi per eum interroget , singulare ad singulas syllabas & distinctum oraculum exprimat , sintque responsa eademodi ut iunctis sententiis omni se in posterum quo iactabatur angore liberent : scinerit , necnè Dæmon quæ res ageretur , Deo certe per suum angelum cogente , voci , Deorum signanti , responsum subiecit in hæc verba [quando animo struciabatur & perplexam mentem sedare non poterat ; pœniteret illam peccati sui , & illud doleret ; dñerum iniret ab ea quam tenuerat antea viuendi normam , magnam sibi exinde polliceretur charitatem ; voci alteri verum significanti Deum hoc oraculo satisfecit , irent inquit , vxor & maritus ambo eadem via , futurum ut inde magna potirentur charitate , & multis simul cum ea bonis] hoc ad se mulier oraculo duplice , tam aptè ad votum menteque allato cohovuit , tanquam vocem audiret cœlo missam , & religionis quam professus fuerat maritus iam secura , suscipiendo illius pignus egregium ad Deum præmittit , quicquid penes se Deorum habebat , euerum , confractum , proculcatum in cloacam proiecit , dignam diuinitate illa sedem . Exin cum filiis quatuor , & familia vniuersa ,

34.
Timet Dæ
mon Christ.

uersa, Christianis mysteriis diligentissimè erudita festo corporis Christi. Lustrali fonte purgata est, gratulantibus illi sibique Christiano singularem hanc Dei beneficentiam, & viro potissimum diuturnitatem desiderij sui & precationum beatos exitus extraordinariis gratia, & lætitia prosequente, mox enim flexis ad aram genibus, quam dominum Patribus vtendam commodarat, clara voce ac palam tunc is donauit, facellumque in ea breui post ad Christianorum cœtus facos supellectili, & ornato instruxit. Non ita insolens, sed magis paucum prouidet eti non profuit, sed Cathecumenum vacillantem in proposito stabilivit. Christianus, ut erat solerine, cum ethnico agens amico & sene de Deo & æternis, perpulerat hominem ut docentem audiret Cataneum à quo sensim & probè paratus baptismō diem dixit; vxor furiis acta, & desperabunda sic miserum versauit pridie quam esset baptizandus ut cum in cultu Deorum secum retineret, ne pudor fallendæ quam dederat fidei vetaret a proposito resilire; pulsanti amico ut senem ad sacrum fontem delucreret scelesta mulier occurrerit, dolores excusat quos tota illa nocte vir erat perperitus gravissimos; ij ut remitterent, non redituras tam citò vires quibus domi liceret progredi; non posse se dutius ab illo abesse, sub hac fonte tam præcepis occludit, & similis verè festinanti vix ut amicus saltem mandare per auolantem potuerit; tunc marito, gestiens Christianum lepidè ab se lusum, surge ait amici securus. Ego illum in longum distuli, dies interim stropham suggesteret aliquam, quā tuon honorem in tuto ponamus: at enim flagitiola femina euentu nimis verò sacrilegum luic mendacium, quos finixerat mariti cruciatus, ut verè correptus triduo moritur, semet ipsa incusans, & homicidij tam frustra vocans, Christiano fraudem quā ludificatus eum fuerat, & fraudis pœnam aperuit. Quod eti nequibat marito prodest, Cathecumenum eius vicinia nutaritem tam salubri metu extimulauit ad baptismum ut eius gratia cursu ad Patres procureret, deinceps hoc idem in exemplum proponeretur similibus quos importunæ cognatorum & Bonziorum artes, à Christianismo deterrebant. Progressus inde Cataneus ut quotannis solebat suos Sciamhai reuisit Neophyros impertinitque diuinis mysteriis, & præsidiis augendi feruoris: Ethnico Christo adiunxit quinquaginta; sed mellium copiæ uberior certis Prouincia Nanciana, non tantum numero, sed sanctimonio splendore, multos vicinis ex urbibus exciuit ad spectandum, qui getorum vi, quam fama fortius expugnati, auditores se Cataneo dabant, ritèque expiati fidem quam hauserant, latè in suas patias diffundebant, propagaturi multò felicitùs nisi spes tam lætas in medio cursu tempestas obruisset. Cenchanum tamen in his infortuniis fortunata Euangeliū hoc anno suis mœnibus exceptit, & ferè intra mensem suorum ciuium centum, & viginti, futuri pignora baptismō obruit. Vrbs est Chencianum ampla, sic coeli & soli temperie, auctoritate, delitius,

35.

Chencianū
Euang. in-
fertur ut mi-
nimè.

Euangelium hoc anno suis mœnibus exceptit, & ferè intra mensem suorum ciuium centum, & viginti, futuri pignora baptismō obruit. Vrbs est Chencianum ampla, sic coeli & soli temperie, auctoritate, delitius,